Año XLVI. 15 de Noviembre de 1905. Núm. 21.

# BOLETIN OFICIAL

del

# Obispado de Osma.

## SUMARIO.

Letras pontificias al Rector del Instituto católico de París recomendando el estudio de las ciencias sagradas y profanas.—Alocución de Su Santidad á los Sacerdotes franceses.—Respuestas de la S. C. del Concilio acerca de las *Misàs manuales*.—Decreto de la S. C. de Ritos sobre competencia de Párrocos en las exequias por difuntos.—De la S. C. de indulgencias: elenco de las concedidas á los objetos piadosos bendecidos por Su Santidad.—Cantidades colectadas para los Santos lugares de Jerusalén.—Nuevos sócios de la Hermandad diocesana de sufragios.—Necrología.—Tabla de sermones en la S. I. Catedral para el año [eelesiástico de 1905-1906.

## LITTERAE

### ad Rectorem Instituti Catholici Parisiensis quibus Pontifex sive sacras sive profanas disciplinas apprime excolendas commendat.

*Dilecto Filio Ludovico Péchernad, Proton. Apostolico, Catholici Instituti Parisiensis Rectori.*

### PIUS PP. X

Dilecte Fili salutem et Apostolicam benedictionem

Solemne illud semper Ecclesiae fuit, doctrinae studia colere tuerique diligenter, idque non modo in sacris disciplinis, quanquam in his, uti par est, maxime

verum etiam in ceteris, propterea quod istae quidem non parum ad illas offerunt adiumenti. Intimo enim quodam vinculo aptae inter se et connexae utraeque sunt: utpote a Deo, *scientiarum Domino*, profectae, a quo tamquam ab unico fonte, quaecumque vera sunt, necessitate manant. Profecto Decessores Nostri omni tempore ad Apostolici muneris partes arbitrati sunt pertinere, eruditionum omne genus fovere pro viribus: nec ultima laus est Pontificum Romanorum, nobiles illas aevo medio condidisse opibusque et maximis beneficiis ornasse studiorum Universitates quas, quae nunc florent, suas quasi quasdam parentes agnoscunt. Iamvero similem Nos curam de bonarum artium studiis cum geramus, equidem grata habuimus, quae de isto cui praesides, Instituto haud ita pridem significatis coram. Sed tamen ut pateat quemadmodum Nos erga illud affecti simus, has ad te visum est literas mittere. Ad primum egregia danda laus est Venerabilibus Fratribus e Galia Episcopis, quorum et auctoritate praecipue Institutum regítur, et providentia tuitioni ipsius studiose consulitur. Tum non mediocriter ii laudandi catholici homínes, quotquot id ipsum existimant dignum, cui prolixe de facultatibus suis opitulentur. Hi nimirum persuasum habent, id quod res est, plurimum interesse civitatis aeque ac religionis, sic, in magnis potissimum lyceis, institui adolescentes, ut cum solidae doctrinae praeceptis simul christianos hauriant spiritus; hodie autem, ut so cum maxime, oportere vulgo Sacerdotes esse non solum a theologia bene instructos, sed etiam a philosophia, a iure, a cognitione naturae, a litteris. Usitatum quippe est ac prope quotidianum apud homines, opinione potius quam re doctos, tela adversus fidem undique in officina scientiae conquirere. Novimus autem, quam libenter vix attinet dicere, Instituto Parisiensi, uti numquam defuerint, ita minime in praesens desiderari decuriales doctores eiusmodi, qui et scientia et religioni ornamento sint. Atque hi, suum exequendo

munus, nostris temporibus, si unquam alias, difficile é arduum, probe meminisse videntur quid a se officium postulet, id est, ut sanctissima sapientiae veteris principia in tuto collocent; hoc primum: deinde ut, progredientis eruditionis ratione habita, quidquid veri est recentiorum sollertia repertum, minime negligant Enimvero has migrare et non servare leges multi consueverunt, neque ex eis tantummodo qui catholicae professioni adversantur, sed quicumque praeterea traditionem magisteriumque Ecclesiae non tanti a se fieri ostendunt, quanti debent: quique illud videntur sine ulla exceptione probare velle, quod dici solet: *cras, quod hodie falsum, habebitur verum.* Hinc illa pervulgata ratio submovendi vetera, obtrudendi nova, nullam fere ob aliam causam, nisi novitatis; tamquam doctrinae summa in fastidio quodam vetustati ponenda sit. Verum ab ista vos ratione dehortari supervacaneum est: novimus vestri in Apostolicam Sedem obsequii diligentiam; nec vero dubitari licet, quin velitis etiam in hoc genere Romano Pontifici semper probari. Quare Institutum vestrum quod laetos ad hoc tempus fructus apud vestrates pepererit, gratulamur; idem ut bona utilitatum ac nominis incrementa capiat, valde cupimus: in eam rem omnes, qui quoquo modo ipsum participant aut iuvant, ut, quantum quisque possit, nitantur, etiam atque etiam hortamur. Auspex interea divinae opis tibi dilecte fili, eisque sit Apostolica benedictio, quam peculiaris quoque benevolentiae Nostrae testem peramanter vobis in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XXII februarii anno MDCCCCV; Pontificatus Nostri secundo.

## ALOCUCIÓN DE SU SANTIDAD Á LOS SACERDOTES FRANCESES

Recibidos en audiencia los Sacerdotes franceses que han formado parte de la peregrinación de la Francia

del trabajo á Roma, el Sumo Pontífice les dirigió la siguiente sentida Alocución:

«Nos nos regocijamos de todo corazón al recibiros en este día, porque vuestra presencia Nos proporciona la ocasión de saludaros afectuosamente y de dirijiros algunas palabras que podais repetir á vuestros hermanos cuando hayais regresado á vuestra patria.

Todo cuanto Nos os digamos puede resumirse en esta recomendación, que Nos deseamos que grabeis profundamente en vuestra memoria: Sed santos.

Hablando San Pedro de los simples cristianos, les aplicaba estas expresiones: «Sois una nación santa y constituis un real sacerdocio.» ¡Pues con cuanta mayor razón debemos nosotros realizar, en nosotros mismos, esta santidad! ¡Nosotros, á quienes Dios escogió, desde antes de la constitución del mundo, para ser sus Sacerdotes; nosotros, á quienes dijo el Señor: «No os llamaré mis servidores, sino mis amigos»; nosotros que desempeñamos el cargo de embajadores de Cristo y que somos «los dispensadores de los Sacramentos divinos»!

El Maestro nos ha llamado amigos suyos; y ¿no es cierto que la amistad exige, entre los amigos verdaderos, una conformidad absoluta en el pensamiento y en la acción? Pues si somos amigos de Dios, ¿como es posible que nos manchemos con el fango de la tierra?

Pero no tan solamente somos amigos de Dios, sino tambien embajadores de Jesucristo. El embajador debe inspirarse en las ideas y en los propósitos del que lo envia; pero ante todo y sobre todo, en sus virtudes. ¿Como habrá de reconocer el pueblo nuestra divina embajada, sino reconoce en nosotros esta señal de la elección divina?

Ya en la antigua ley prohibía el Levítico á los Sacerdotes que hubieran contraido mancha, inmolar víctimas y ofrecer los panes de propiciación; y observa San Ambrosio que si asi estaba establecido para los Sacerdotes de la ley antigua, ¿con cuanto mayor moti-

vo no debe tal prohibición alcanzar á los Sacerdotes de la nueva ley?

Porque aquella era la figura y esta la realidad; y como dice San Crisóstomo: «¿Como es posible que la lengua, enrojecida con la sangre de Cristo, se mueva para hablar el lenguaje del pecado?»

Citó á continuación el Padre Santo las palabras en que San Pablo enumera las virtudes que deben resplandecer en los diáconos y continuó de este modo:

«¿Que será, pues, lo que exija de sus Sacerdotes la Iglesia? Ella misma os lo da á entender en aquellas palabras que quiere que pronuncieis en el acto de vuestra consagración: *Dominus pars haereditatis meae*, el Señor es la parte de mi herencia; y, comentando este versículo San Bernardo, nos dice que se trata de una posesión recíproca: nosotros debemos poseer á Dios de tal modo, que Él tambien nos posea á nosotros por entero.

Pensad mucho en esto. Trátase de una santidad que nos convierta en ejemplo vivo para los fieles, *forma gregis ex animo*; trátase de una santidad que, por virtud de sus externos resplandores, atraiga á todas las almas y suavemente las impulse á seguirnos.

Bien considerado, somos incapaces por nosotros mismos de realizar esta misión altísima, y asi es preciso que pidamos á Dios las fuerzas necesarias para conseguirlo. Si; debemos orar con fervor para que Dios se digne concedernos una santidad digna de nuestro sacerdocio.»

## SAGRADA CONGREGACIÓN DEL CONCILIO

**Leopolien** (Lemberg-Austria) —**Acerca de la interpretación del decreto** *De Observandis*.

Beatísimo Padre:

El Arzobispo de Lemberg, de los Ruthenos, respecto al decreto de la S. C. del Concilio de 11 de Mayo de

1904 sobre las Misas manuales, humildemente suplica la solución de las siguientes dudas:

1.ª Si segun el art. 2.º pueden establecerse los siguientes términos de la solución:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Hasta | 10 | Misas | 1 | mes. |
| » | 20 | » | 2 | meses. |
| » | 40 | » | 3 | » |
| » | 60 | » | 4 | » |
| » | 80 | » | 5 | » |
| » | 100 | » | 6 | » |

Y asi sucesivamente, añadiendo por cada 20 Misas un mes.

2.ª Si estos términos han de entenderse separadamente en cuanto á cualquiera que ofrezca el estipendio, ó tambien pueden entenderse acumulativamente en cuanto á todos los que ofrecen el estipendio en alguna ocasión determinada, v. gr., en alguna solemnidad, de tal modo que si entonces se ofrecen estipendios por 100 oferentes, todas estas Misas pueden satisfacerse por cualquier sacerdote en el término de 6 meses.

3.ª Si en el caso del art. 7, acerca de los sacerdotes que reciben estipendios del Ordinario, empieza á correr el término desde el día en que los primeros oferentes entregaron los estipendios, sino, por concesión de la Santa Sede Apostólica, desde el día en que el ordinario hizo entrega de los mismos.

4.ª Si estos estipendios, aunque dados por muchos oferentes, se han de considerar en el caso del art. 7 como ofrecidos por uno solo, á saber: el Ordinario.

5.ª Si es lícito al Ordinario prescribir á todas estas Misas la intención general común (ad intentionem dantium), aunque hubiesen sido especialmente prescritas por los respectivos oferentes.

*Día 27 de Febrero de 1905.*

La S. C. del Concilio respondió en dicha fecha á las dudas propuestas:

A la 1.ª—Debe dejarse el asunto al discreto juicio y conciencia de los sacerdotes, segun el decreto y las reglas enseñadas por doctores probados.

A la 2.ª *Afirmativamente* á la primera parte y *negativamente* á la segunda, siempre que no conste de otra manera la voluntad de los oferentes.

A la 3.ª—*Afirmativamente*, esto es: comienza la obligación desde el día en que los sacerdotes reciben las Misas del Ordinario.

A la 4.ª—El Obispo procure y cuide cuanto sea posible que las Misas recibidas de muchos se satisfagan tambien por muchos sacerdotes en tiempo debido.

A la 5.ª—Basta que los sacerdotes celebren según la mente del Ordinario, el cual, sin embargo, debe formar la intención por cada uno de los oferentes, según las reglas enseñadas por autores doctos de Teología moral. No obstante, sería mejor que se manifestase á los sacerdotes las intenciones prescritas.

VICENTE, Card. Obispo Prenest., *Prefecto.*—Cayetano de LAI, *Secretario.*

## FIRMANA

**Non licet Parochis alienam ecclesiam ingredi ibique funera peragere super cadavere proprii defuncti.**

A decem Parochis Civitatis Firmanae Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium pro oportuna solutione humillime positum fuit, nimirum:

An stante antiqua consuetudine, etiam actis Synodalibus an. 1773 et 1845 confirmata, et nemine contradicente, Parochi ejusdem Civitatis deferentes cadavera defunctorum propriae paroeciae in alienam ecclesiam, possint non solum ingredi cum propria cruce et clero, sed etiam praesidere cum stola Officio defunctorum, quod fit cum cantu, et post Ps. *Benedictus* absolutionem peragere juxta Rituale cum aspersione aquae benedictae, thurificatione et oratione Absolve, haud obstante quod acta postremae Synodi Dioecesanae an. 1900 edita Cap. *De Funeribus et sepulturis*, par. III, tit. III de supradicta consuetudine omnino sileant et

tantummodo referant Decretum dd. 23 Aprilis 1895 «servandum pro quibuscumque ecclesiis etiam collegialibus sive ad saecularem sive ad regularem clerum pertinentibus, quacumque in contrarium consuetudine minime obstante?»

Et Sacra Rituum Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa rescribendum censuit:

Serventur in casu acta ultimae Synodi Dioecesanae et Decretum.

Atque ita rescripsit, die 1 Decembris 1903.—S. Card. CRETONI, *Praefectus*.—L. ✠ S.—D. PANICI, Archiep. Laodicen., *Secret.*

## EN DECRETUM

## **Super exequiis defunctorum.**

Sacra Rituum Congregatio, Ritualis Romani Rubricis pluribusque alias evulgatis Decretis inhaerens, declarat:

I. «Cadavera defunctorum associanda esse cum unica tantum Cruce, quae debet esse illius Ecclesiae ad quam corpus defuncti defertur: dummodo non interveniat Capitulum Ecclesiae Cathedralis, sub qua omnes incedere debent funus associantes.»

II. «Jus et onus inesse semper, etiam praesente Capitulo Cathedralis Ecclesiae, extra hanc tamen, parocho induendi stolam et officia omnia persolvendi super cadavere defuncti ad suam pertinentis Ecclesiam, utque dum e loco obitus ingressus fuerit Ecclesiam tumulantem: ad quam per alias quoque Paroecias libere transeundo (recto tamen tramite, nisi aliud consuetudo ferat) cadaver deferendum est.»

III. «Eundem Parochum primas habere super omnem Clerum excepto (si interfuerit) Capitulo Cathedralis Ecclesiae, quod in associatione incedet post ipsum Parochum, excepto etiam Capitulo Ecclesiae Collegiatae, si ita consuetudo ferat. Hoc tamen in casu dignior Capituli Cathedralis incedat cum stola et etiam cum pluviali, quod tamen non ferat Parochus; et id ipsum servabit, si Capitulum Ecclesiae Collegiatae post Parochum incedat.»

IV. «Si defunctus in alia parochiali Ecclesia sit tumulandus, illius uni Ecclesiae Rectori, stola pariter induto, jus et onus competere reliqua officia ibidem peragendi super cadavera, aliisque omnibus praecedere, ne defuncti quidem Parocho excepto, qui, cadavere ad Ecclesiae limen delato, recedat.»

V. «Haec autem omnia servanda Sacra Rituum Congregatio jubet, pro quibuscumque Ecclesiis etiam Collegialibus, sive ad Secularem sive ad Regularem Clerum pertinentibus; quacumque in contrarium consuetudine minime obstante.»

Atque ita decrevit et servari mandavit.

Die 23 Apriis 1895.

## SAGR. CONGR. DE INDULGENCIAS

*Indulgencias concedidas á los objetos piadosos bendecidos por Su Santidad.*

Ut quis valeat Indulgentias lucrari, quas Summus Pontifex Pius X impertitur omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui retinent aliquam ex coronis, rosariis, crucibus, crucifixis, parvis statuis, ac numismatibus ab eadem Sanctitate Sua benedictis requiritur:

1. Ut Christifideles in propria deferant persona aliquod ex enunciatis obiectis.

2. Quod si id minime fiat, requiritur ut illud in proprio cubiculo, vel alio decentí loco suae habitationis retineant, et coram eo devote praescriptas preces recitent.

3. Excluduntur ab apostolicae benedictionis concessione imagines typis exaratae, depictae, itemque cruces, crucifixi, parvae statuae et numismata ex stanno, plumbo, aliave ex materia fragili seu consumptibili confecta.

4. Imagines repraesentare debent Sanctos, qui vel iam consueta forma canonizati, vel in martirologiis rite probatis descrípti fuerint.

Hisce praehabitis Indulgentiae, quae ex Summi Pontificis concessione ab eo acquiri possunt, qui aliquod ex supradictis obiectis retinet, et pia opera quae ad eas assequendas impleri debent, recensentur.

Quisquis saltem in hebdomada semel recitaverit coronam Dominicam vel aliquam ex coronis B. V. Mariae aut rosarium eiusve tertiam partem aut divinum officium, vel officium parvum eiusdem B. Virginis aut fidelium defunctorum, aut septem psalmos poenitentiales aut graduales, vel consueverit catechesim christianam tradere, aut carceribus detentos, vel aegrotos in nosocomiis misericorditer invisere, vel pauperibus opitulari, aut Missae inte-

resse, eamve peragere si fuerit Sacerdos: quisquis haec fecerit vere contritus et peccata sua confessus ad Synaxim accedet quolibet ex infrascriptis diebus, nempe Nativitatis Dominicae. Epiphaniae, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, itemque diebus festis SSmae. Trinitatis, Corporis Domini, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis B. V. Mariae. Nativitatis S. Ioannis Baptistae, S. Iosephi Sponsi eiusdem B. Mariae Virginis, Sanctissimis Apostolorum Petri et Pauli, Andreae, Iacobi, Ioannis, Thomae, Philippi, Iacobi, Bartholomaei, Matthaei, Simonis et Iudae, Matiae, et Omnium Sanctorum: eodemque die devote Deum exoraverit pro haeresum et schismatum extirpatione, catholicae fidei incremento, pace et concordia inter principes christianos, aliisque S. Ecclesiae necessitatibus; quolibet dictorum dierum plenariam indulgentiam lucrabitur.

Quisquis vero, corde saltem contritus, haec omnia peregerit in aliis festis Domini et B. V. Mariae quolibet dictorum dierum Indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum acquiret: quamvis Dominica vel alio anni festo Indulgentiam quinque annorum totidemque quadragenarum lucrabitur. sin autem eadem alio quocumque anni die expleverit, centum dierum Indulgentiam acquiret.

Praeterea quisquis consueverit semel saltem in hebdomada recitare aliquam ex coronis aut rosarium, vel officium parvum B, Mariae Virginis, vel fidelium defunctorum, aut vesperas. aut nocturnum saltem cum laudibus. aut septem psalmos poenitentiales cum litaniis adiectisque precibus, quoties haec peregerit centum dierum Indulgentiam consequetur.

Quisquis in mortis articulo constitutus animam suam devote Deo commendaverit, atque iuxta instructionem fel. rec. Benedicti XIV in Constitut. quae incipit *Pia Mater* sub die 5 Aprilis 1747, paratus sit obsequenti animo a Deo mortem opperiri, vere poenitens, confesus et S. Communione refectus, et si id nequiverit, saltem contritus invocaverit corde. si labiis impeditus fuerit, SSmum. Nomen Iesu, Plenariam indulgentiam assequetur.

Quisquis praemiserit qualemcumque orationem praeparationi Missae vel Sanctae Communionis, aut recitationi divini officii, vel officii parvi B. V. Mariae, toties quinquaginta dierum Indulgentiam acquiret.

Quisquis in carcere detentos aut aegrotantes in nosocomiis inviserit, iisque opitulatus fuerit, vel in Ecclesia christianam ca-

techesim tradiderit, aut domi illam suos filios, propinquos et famulos docuerit, toties biscentum dierum Indulgentiam lucrabitur.

Quisquis ad aeris campani signum, mane vel meridie aut vespere solitas preces, nempe *Angelus Domini*. aut eas ignorans recitaverit *Pater Noster* et *Ave Maria*. vel pariter sub primam noctis horam. edito pro defunctorum suffragio campanae signo, dixerit psalmum *De profundis*, aut illum nesciens recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria*, centum dierum Indulgentiam acquiret.

Eamdem pariter consequetur Indulgentiam. qui Feria sexta devote cogitaverit de passione ac morte Domini Nostri Iesu Christi, terque Orationem Dominicam et Salutationem Angelicam recitaverit.

Is qui suam examinaverit conscientiam, et qui sincere poenituerit peccatorum suorum cum proposito illa emendandi, devoteque ter recitaverit *Pater noster* et *Ave Maria*, in honorem SSmae. Trinitatis, aut in memoriam Quinque Vulnerum D. N. Iesu Christi quinquies pronuntiaverit *Pater noster* et *Ave Maria*, centum dierum Indulgentiam acquiret.

Quisquis devote pro fidelibus oraverit, qui sunt in transitu vitae, vel saltem pro iis dixerit *Pater noster* et *Ave Maria*, quinquaginta dierum Indulgentiam consequetur.

Omnes Indulgentiae superius expositae a singulis Christifidelibus vel pro seipsis lucrifieri possunt, vel in animarum Purgatorii levamen applicari.

Expresse declarari voluit Summus Pontifex supradictarum indulgentiarum concessione, nullatenus derogari indulgentiis a Praedecessoribus Suis iam concessis pro quibusdam operibus piis superius recensitis: quas quidem indulgentias voluit omnes in suo robore plene manere.

Iubet deinde idem Summus Pontifex Indulgentias Christifidelibus concessas, qui retinent aliquod ex praedictis obiectis, iuxta decretum sa: me: Alexandri VII editum die 6 Februari 1657, non transire personam illorum pro quibus benedicta fuerint, vel illorum quibus ab iis prima vice fuerint distributa: et si fuerit amissum vel deperditum unum alterumve ex iisdem objectis. nequire ei subrogari aliud ad libitum, minime obstántibus quibusvis privilegiis et concessionibus in contrariun: nec posse pariter commodari vel precario aliis tradi ad hoc ut indulgentia comunicent, secus eamdem indulgentiam amittent: itemque recensita obiecta benedicta, vix dum pontificiam benedictionem recepe-

rint, nequire venundari, iuxta decretum S. Congregationis Indulgentiis Sacrisque Reliquiis tuendis praepositae editum die 5 Iunii 1721.

Praeterea idem Summus Pontifex confirmat decretum sa: me: Benedicti XIV editum die 19 Augusti 1752, quo expresse declaratur, vi benedictionis crucifixis, numismatibus, etc., uti supra impertitae, non intelligi Privilegio gaudere altaria ubi huiusmodi obiecta collocata fuerint, neque pariter Missas quas Sacerdos eadem secum deferens celebraverit.

Insuper vetat, ne qui morientibus adsistunt benedictionem cum ndulgentia Plenaria in articulo mortis iisdem impertiantur cum huiusmodi Crucifixis, absque peculiari facultate in scriptis obtenta, cum satis in id provisum fuerit ab eodem Pontifice Benedicto XIV in praecitata Constitut. *Pia Mater.*

Tandem Sanctitas Sua vult et precipit praesentem elenchum indulgentiarum pro maiori fidelium commodo edi typis posse non solum latina lingua vel italica, sed alio quocumque idiomate, ita tamen ut pro quolibet elencho, ubicumque, et quovis idiomate edatur, adsit approbatio S. Congregationis Indulgentiarum.

Non obstantibus quolibet decreto, constitutione, aut dispositione in contrarium etiamsi speciali mentione dignis.

Datum Romae, ex Secretaria S. C. Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita die 28 Augusti 1903—A. CARD. TRIPEPI, *Praefectus.*—L. ✠ S.—Pro R. P. D. FRANC, ARCHIEP. AMIDEN., *Secr.*, IOSEPUS M. CAN. COSELLI, *Subst.*

## Limosnas recogidas en la Secretaría de Cámara para los Santos Lugares de Jerusalen

AÑO DE 1905.

Una persona piadosa del Burgo, 3 pesetas.—Párroco y feligreses de Almarza, (por los años 1901, 2 y 4.)—10'20.—Idem idem de Torreblacos, 5.—Idem idem de Alcozar, 2.—Idem idem de Quintanilla Nuño Pedro, 2'40.—Idem idem de Atauta, 3 —Idem idem de Aranda (San Juan,) 4'50.—Idem idem de (Santa Maria,) 12.—Idem idem de Gumiel de Izán, 1·—Idem idem de Castrillo de la Vega, 1'50.—Idem idem de Sinovas, 2'25.—Idem idem de Campillo, 2.—Idem idem de Baños de Valdearados, 2'25.—Idem idem de La Muela, 1'20.—Idem idem de Morcuera, 3'31.—Idem

idem de Aldeanueva, 2'25.—Idem idem de Espejón, 2.—Idem idem de Olmedillo, 2.—Idem idem de Fuentearmegil, 4.—Idem idem Iglesias de El Espino (Soria.) 4.—Idem idem (La Mayor), 7.—Idem idem de Fuentecantales, 1'25 —Idem idem de Matanza, 4.—Idem idem de Zuzones 3.—Idem idem de Barcebalejo, 2'60. —Idem idem de Fuentenebro, 1.—Idem idem de San Martin de Rubiales, 1'25.—Idem idem de Cobaleda, 2'17.—Idem idem de Villar del Campo, 2.—Idem idem de Tejado (1904 y 1905) 2'82. —Idem idem de Espeja, 3'65.—Idem idem de Sotos del Burgo, 3'25.— Idem ídem de Pinillos de Esgueva, 1.—Idem idem de Los Llamosos, 2'50.—Idem idem de Rejas de Ucero, 2.—Idem idem Candilichera (1904 y 1905.) 5.—Idem idem de Fresno de Caracena, 0'50.—Idem idem de Miño de San Esteban, 2'75.—Idem idem de Valdanzuelo, 2.—Idem idem idem de Huerta de Rey, 2.- Idem idem de Villaciervos, 1.—Idem idem de Villaciervitos, 1.—Idem idem de Valdemaluque, 2.—Idem idem de Nava de Roa, 1.—Idem idem de Regumiel, 1.—Idem idem de Cuevas de de Soria, 2'50.—Idem idem de Hinojar del Rey, 4.—Idem idem de Soto de San Esteban, 2'45.—Idem idem de Villalva de Duero, 1'75.—Idem idem de Gallinero, 1. Idem idem de Andaluz, 1'50. —La Mallona, 0'60.—Idem idem de Palacios de la Sierra, 6'50. —Idem idem de Talveila, 2.—Idem idem de Nafría La Llana, 2'40.—Idem idem de Blacos, 0'25 —Idem idem de Nódalo, 1'25. —Idem idem de la Aldehuela, 0'25.—Idem idem de La Revilla, 2'65.—Idem idem La Cuenca, 0'50.—Idem idem de Muriel y Avioncillo, 1'50.—Idem idem de Canredondo, 2.—Castillejo de Robledo, 4'55.—Idem idem de Peñaranda de Duero, 4.—Idem idem Soria (San Clemente,) 2.—Idem idem de Rioseco, 3'30.— Idem idem de Valverde los Ajos, 0'75.—Idem idem de Zayas de Báscones, 1.—Convento de Santa Clara (Soria,) 0'55.—Idem idem de La Orra, 7.—Idem idem de Navas del Pinar, 1'30.— Idem idem de Langa, 2.—Idem idem de Quintanarraya, 2'35.— Idem idem de Peñacoba, 1'50.—Idem idem de Rejas de S. Esteban, 1.—Idem idem de Oyales, 3'50.—Idem idem de Arandilla, 6.—Idem idem de Bocigas, 1.—Idem idem de Alcubilla del Marqués, 1.—Idem idem de Villabuena. 5.—Idem idem de Quintanas Rubias de Abajo, 3.—Idem idem de La Aguilera, 3.—Idem idem de Piquera, 1.—Idem idem de Quemada, 5.—Idem idem de Tardelcuende, 3.—Idem idem de Torreandaluz, 1.—Idem idem Valdenarros. 2'40.—Idem idem de Vadillo, 1.—Idem idem de

Quintanas Rubias de Arriba, 3'55.—Idem idem de Gómara, 4'60. —Idem idem de San Juan del Monte, 3.—Idem idem de Gumiel de Mercado, 1'45.—Idem idem de Adrada, 2'25.—Idem idem de Castejón 2.—Idem idem de Ocenilla, 3'60.—Idem idem de Villanueva de Zamajón, 1.—Idem idem de Los Rábanos, 2.—Idem idem de La Gallega, 2.—Idem idem de Brazacorta, 2'50.—Idem idem de Valderrueda, 3—Idem idem de Casarejos, 1.—Idem idem de Coruña del Conde, 6'50—Idem idem de Peñalba de Castro, 3'67.—Suma Total 270'02 pesetas.

## Hermandad Diocesana de Sufragios

Posteriormente al 29 de Diciembre de 1904 se han inscrito en esta Hermandad los Sres. siguientes:

D. Francisco Palacios, Regente de Carbonera.
» Luis Gonzalez Arranz, Coadjutor de Roa.
» Alfonso Rozas, Ecónomo de Moradillo.
» Celestino Alvarez, idem de Valdegrulla.
» Cándido Orcajo, Párroco de Doñasantos.
» Julián Calleja, Regente de Ontangas.
» Mariano Ruperez, Ecónomo de Ines.
» Felix Carretero, Presbítero de Fuentepinilla.
» Mariano Martinez, Coadjutor de Sotillo de la Rivera.
M. I. Sr. D. Wenceslao Yepes, Doctoral de esta S. I. Catedral.
D. Victorino Elias, Beneficiado Contralto de idem.

Burgo de Osma 15 de Noviembre de 1905.—SINFORÍANO DE LA CANTOLLA, *Canónigo Secretario de la Hermandad.*

## NECROLOGÍA.

En 5 de los corrientes falleció á la edad de 31 años, D. Mariano Tejedor Peña, Párroco de Adrada; el 10 á la edad de 28 años, D. Julián Calleja de Pablo, Regente de Ontangas; y el 12 á la de 73, D. Eleuterio Gómara, Párroco de Cabezón de la Sierra.

Todos recibieron los Santos Sacramentos y pertenecian á la Hermandad Diocesana de Sufragios del Clero.

**R. I. P.**

# TABLA

*de los Sermones que han de predicarse en esta Santa Iglesia Catedral en el año eclesiástico de 1905-1906.*

| FESTIVIDADES | DÍAS. | MES. | SEÑORES ENCARGADOS |
|---|---|---|---|
| Dominica 1.ª de Adviento | 3 | Diciembre. | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Inmaculada Concepción | 8 | » | M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario. |
| Dominica 2.ª de Adviento | 10 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Idem 3.ª | 17 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Idem 4.ª | 24 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Natividad del Señor, 2.° día | 26 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Circuncisión del Señor | 1.° | Enero. | D. Manuel Gutierrez, Cat.° del Seminario. |
| Epifanía | 6 | » | M. I. Sr. Canónigo Archivero. |
| Purificación de Nuestra Señora | 2 | Febrero. | M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario, |
| Dominica de Septuagésima | 11 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Dominica de Sexagésima | 18 | » | M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario. |
| Dominica de Quincuagésima | 25 | » | M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario. |
| Miércoles de Ceniza | 28 | » | M. I. Sr. D. Pedro N. Ilarréguí, Canónigo. |
| Viernes | 2 | Marzo. | **Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo.** |
| Dominica 1.ª de Cuaresma | 4 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Viernes | 9 | » | **Ilmo. y Rvmo Sr. Obispo.** |
| Dominica 2.ª de Cuaresma | 11 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Viernes | 16 | » | **Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo.** |
| Dominica 3.ª de Cuaresma | 18 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| San José, Esposo de la Virgen | 19 | » | M. I. Sr. Canónigo Doctoral. |

| FESTIVIDADES | DÍAS | MES. | SEÑORES ENCARGADOS |
|---|---|---|---|
| Viernes | 23 | Marzo. | **Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo.** |
| Dominica 4.ª—Anunciación de Ntra. Señora. | 25 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Viernes | 30 | » | **Ilmo. y Rvmo. Sr. Obispo.** |
| Dominica de Pasión | 1.º | Abril. | M. I. Sr. Canónigo Archivero. |
| Viernes de Dolores | 6 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| Dominica de Ramos | 8 | » | M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario. |
| Jueves Santo, Mandato | 12 | » | M. I. Sr D. Pedro N. Ilarregui, Canónigo. |
| Viernes Santo, Pasión | 13 | » | Un R. P. Carmelita. |
| Pascua de Resurrección, 2.º día | 16 | » | M. I. Sr Canónigo Lectoral. |
| Ascensión del Señor | 24 | Mayo. | M. I. Sr. Canónigo Archivero. |
| Pascua de Pentecostés, 2.º día | 4 | Junio. | M. I. Sr. Canónigo Bibliotecario. |
| Santísima Trinidad | 10 | » | D. Constancio Santaolalla, Cat.º del Semin.º |
| Dominica infraoctava del Corpus | 17 | » | M. I. Sr. Canónigo Magistral. |
| San Pedro y San Pablo | 29 | » | D. Manuel Requejo, Cat.º del Seminario. |
| Santiago, Patrón de España | 25 | Julio. | D. P. Felix Rubio, Director de idem. |
| Asunción de Nuestra Señora | 15 | Agosto. | Un R. P. Carmelita. |
| Natividad de Nuestra Señora | 8 | Septiembre. | D. José Aguilera, Cat.º del Seminario. |
| Fiesta de todos los Santos | 1.º | Noviembre. | M. I. Sr. Canónigo Archivero. |

Tip. de Hijos de Gimenez.